

Kirchliches Verordnungs-Blatt

für die
Lavanter Diöcese.

Inhalt: I. Breve, betreffend den Ritus bei Verehrung des hl. Josef, Patrones der katholischen Kirche. — II. Dankschreiben des hl. Vaters für die Theilnahme an dem 25. Papstjubiläum. — III. Mittheilung der an die politischen Unterbehörden ergangenen Stathalterei-Verordnung betreffend die Evidenzhaltung der Sterbfälle der vor vollendetem 23. Lebensjahre verstorbenen männlichen Personen. — IV. Bewilligung der Sammlung freiwilliger Spenden für die Congregation der Dominikanerinnen zu Hacking bei Wien zum Zwecke des Wiederaufbaues ihres abgebrannten Congregationshauses. — V. Anempfehlung der in der Josef Kösel'schen Buchhandlung zu Kempten erschienenen neuen Auflage des Breviarium Romanum. — VI. Anempfehlung der im Verlage der Josef Kösel'schen Buchhandlung in Kempten erscheinenden „Bibliothek der Kirchenväter.“ — VII. Anempfehlung der in der Friedrich Pustet'schen Buchhandlung in Kempten erscheinenden Sammlung sämmtlicher auf das allgemeine Vaticanische Concil und die Durchführung der Beschlüsse derselben bezughabenden Actenstücke. — VIII. Diöcesan-Nachrichten.

II.

Se. Heiligkeit Papst Pius IX. hat im Nachhange zur feierlichen Erklärung des hl. Josef als Patron der kathol. Kirche (enthalten im kirchl. Verordnungsblatte VII. de anno 1870 Absatz II.) Nachstehendes angeordnet:

PIUS PP. IX.

AD PERPETUAM REI MEMORIAM.

Inclytum Patriarcham Beatum Iosephum, quem Deus Omnipotens p[ro]ae omnibus Sanctis suis purissimum verumque sponsum esse voluit in terris immaculatae Virginis Mariae, ac putativum unigeniti Filii sui patrem, quemque ad tam sublimia munera fidelissime implenda gratiis prorsus singularibus auxit et abunde cumulavit merito Catholica Ecclesia gloria et honore in coelis coronatum amplissimo prosequitur cultu atque intimo veneratur pietatis affectu. Quamobrem Romani Pontifices Praedecessores Nostri, ut augerent in dies, ac ardentius excitarent in Christifidelium cordibus devotionem et reverentiam erga sanctum Patriarcham, eosque cohortarentur ad Illius apud Deum intercessionem summa cum fiducia implorandam haud omiserunt quoties opportuna esset occasio novas semper ac maiores publici cultus significationes eidem decernere. Inter eos memoria repetere sufficiat Praedecessores Nostros felicis recordationis Xistum IV. qui festum S. Iosephi inseri voluit in Breviario et Missali Romano, Gregorium XV. qui decreto diei VIII. Maii An. MDCXXI. festum ipsum sub duplice p[re]cepto in universo orbe recoli mandavit; Clementem X. qui die VI. Decembris An. MDCLXX. eidem festo ritum duplicis secundae classis concessit; Clementem XI. qui decreto diei IV. Februarii An. MDCCXIV. festum praeditum Missa ac Officio integre propriis condecoravit; ac tandem Benedictum XIII. qui nomen Sancti Patriarchae decreto edito die XIX. Decembris An. MDCCXXVI. Sanctorum litaniis addi iussit. Ac nos ipsi, postquam investigabili Dei judicio ad supremam Petri Cathedram evecti fuimus, moti tum illustrium Praedecessorum Nostrorum exemplis, tum

singulari devotione, qua usque ab adolescentia erga eundem sanctum Patriarcham affecti fuimus decreto die X. Septembbris An. MDCCCXLVII. magno animi Nostri gaudio ad universam Ecclesiam sub ritu duplicis secundae classis extendimus uestum Patrocinii eius, quod iam pluribus in locis speciali huius Sanctae Sedis indulto celebrabatur. Verum postremis hisce temporibus, in quibus immane ac teterrimum bellum contra Christi Ecclesiam fuit indictum fidelium devotio erga Sanctum Iosephum adeo increvit et progressa est, ut omni ex parte ad Nos innumerae ac fervidissimae per venerint postulationes, quae nuper dum Sacrum Oecumenicum Concilium Vaticanum haberetur, ab omni fidelium coetu et quod maxime interest a plurimis ex Venerabilibus Fratribus Nostris S. R. Ecclesiae Cardinalibus et Episcopis renovatae fuere, quibus flagitabant, ut luctuosis hisce temporibus ad mala omnia propulsanda, quae Nos undique conturbant, efficacius Dei miserationem per merita et intercessionem Sancti Iosephi exoraremus Illum Catholicae Ecclesiae Patronum declarantes. Nos itaque hisce postulationibus moti Divino lumine invocato tot ac tam piis votis annuendum censuimus, ac peculiari Decreto Nostrae Sacrorum Rituum Congregationis quod inter Missarum solemnia in Nostris Patriarchalibus Basilicis Lateranensi, Vaticana ac Liberiana die VIII Decembris elapsi anni MDCCCLXX. immaculatae Conceptioni Ipsius Sponsae sacro publicari iussimus, eundem Beatum Patriarcham Iosephum Ecclesiae Catholicae Patronum solemniter declaravimus, Illiusque festum die decimanona Martii occurrens, deinceps sub ritu dupli primae classis, attamen sine octava ratione quadragesimae, in Orbe universo celebrari mandavimus. Et quoniam aequum reputamus, post Nostram declarationem Sancti Patriarchae in Catholicae Ecclesiae Patronum, Ipsi in publico ecclesiastico cultu omnes et singulas honoris praerogativas tribuendas esse, quae iuxta generales Breviarii et Missalis Romani rubricas Sanctis Patronis praecipuis competunt, ideo Nos ex consultu Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium sacris tuendis ritibus praepositorum renovantes, confirmantes, atque etiam ampliantes praesentibus Nostris Litteris praefatam dispositionem illius Decreti, mandamus insuper, ac injungimus, quae sequuntur. Volumus scilicet, quod tam in festo Natali Sancti Iosephi, quam in alio Ipsius Patrocinii, etiamsi occurrant extra Dominicam diem addatur semper in Missa Symbolum seu „Credo“. Volumus insuper quod in oratione „A cunctis“ quandocumque recitanda erit, adjiciatur semper post invocationem Beatae Mariae Virginis, et ante quoscumque alias sanctos Patronos, exceptis Angelis, et Sancto Ioanne Baptista, commemoratio S. Iosephi per haec verba „cum Beato Ioseph“. Volumus denique ut hoc ipso ordine servato inter Suffragia Sanctorum, quandocumque illa a rubricis praescribuntur, apponatur sequens commemoratione in honorem ejusdem Sancti Iosephi. (Ad Vesperas Antiphona) „Ecce fidelis servus et prudens, quem constituit Dominus super familiam suam. V. Gloria „et divitiae in domo ejus. R. Et justitia eius manet in saeculum saeculi. (Ad Laudes Antiphona): „Ipse Jesus erat incipiens quasi annorum triginta ut putabatur filius Ioseph. V. Os justi meditabitur „sapientiam. R. Et lingua ejus loquetur judicium“ (Oratio). Deus, qui ineffabili providentia Beatum „Ioseph Sanctissimae Genitricis tuae sponsum eligere dignatus es, praesta quaesumus, ut quem pro „tectorem“ veneramur in terris, intercessorem habere mereamur in coelis“. Haec volumus mandamus decernentes has litteras Nostras firmas validas et efficaces existere et fore suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, non obstantibus Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis ceterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem ut praesentium transumptis Litterarum, seu exemplis etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, et sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis eadem prorsus fides adhibeat, quae adhiberetur ipsis praesentibus si forent exhibitae vel ostensae. Datum Romae apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die VII. Iulii MDCCCLXXI. Pontificatus Nostri Anno Vicesimosexto.

Loco † Signi

PRO DNO CARD. PARACCIANI CLARELLI

F. PROFILI Substitutus.

Gemäß dieses Breve ist:

1. In der hl. Messe überall, wo es bisher nicht vorgeschrieben war, am Feste S. Iosephi Sponsi B. M. V., so wie am Feste Patrocinii S. Iosephi Sponsi B. M. V. das Credo zu nehmen.

2. In der Oratio „A cunctis“, so oft dieselbe genommen wird, unmittelbar vor den Worten „Cum beatis apostolis“ einzuschalten „Cum beato Iosepho“ — so auch

3. in Suffragiis Sanctorum unmittelbar vor der Commemoratio de Apostolis, die Commemoratio S. Iosephi zu nehmen und zwar:

Ad Vesperas:

Antiph. Ecce fidelis servus et prudens, quem constituit Dominus super familiam suam.

V. Gloria et divitiae in domo ejus.

R. Et justitia ejus manet in saeculum saeculi.

Ad Laudes:

Antiph. Ipse Jesus erat incipiens quasi annorum triginta ut putabatur filius Ioseph.

V. Os justi meditabitur sapientiam.

R. Et lingua ejus loquetur iudicium.

Oratio

(ad Vesperas et Laudes.)

Deus, qui ineffabili providentia B. Ioseph Sanctissimae Genitricis tuae sponsum eligere dignatus es, praesta, quæsumus, ut quem protectorem veneramur in terris, intercessorem habere mereamur in celis.

Diese Anordnung hat jeder Diözesanpriester von da an, als er mittelst des gegenwärtigen Diözesanverordnungsblattes hievon Kenntniß erhält, zu befolgen.

III.

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI

P II

DIVINA PROVIDENTIA

P A P A E I X.

EPISTOLA ENCYCLICA

AD OMNES PATRIARCHAS PRIMATES, ARCHIEPISCOPOS, EPISCOPOS ALIOSQUE LOCORVM ORDINARIOS
GRATIAM ET COMMUNIONEM CVM APOSTOLICA SEDE HABENTES.

PIVS PP. IX.

VENERABILES FRATRES SALVTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.

Saepe, Venerabiles Fratres, in hoc diurno Pontificatu ad Vos conversi significavimus Vobis, quam grato exceperimus animo argumenta devotionis illius et dilectionis, quas misericordiarum Deus indidit Vobis, ac fidelibus curae vestrae creditis erga Nos et Apostolicam hanc Sedem. Et sane cum inimici Dei civilem eius ditionem invadere coeperunt, ut tandem, si fieri posset, prævalerent adversus

Iesum Christum et Ecclesiam, *quae est corpus Ipsius et plenitudo Eius*; Vos Venerabiles Fratres, et christianus populus, numquam Deum, *Cui venti et mare obediunt, exorare desiistis*, ut procellam sedare vellet, nec unquam destitistis ab iterandis amoris vestri testimoniis, omnibusque adhibendis officiis, quibus Nos in tribulatione Nostra solari possetis. Postquam vero hac ipsa urbe totius orbis catholici capite privati fuimus, et eorum arbitrio commissi, qui Nos oppresserant, Vos una cum plerisque e Dioecesum vestrarum fidelibus ingeminasti preces, crebrisque denuntiationibus asseruistis sacrosancta religionis et iustitiae iura, *quae incredibili proculcantur ausu*. Nunc autem, cum novo post S. Petrum eventu, et in Romanorum Pontificum serie prorsus inusitato, sextum et vicesimum attigimus annum Apostolici Nostri ministerii in Romana Cathedra, indicia edidistis adeo illustria gaudii vestri ob insigne hoc beneficium tenuitati Nostrae largitum, et adeo perspicue demonstrastis florentissimam vitam, qua ubique informatur christiana familia, ut profunde commoti fuerimus; votaque Nostra vestris iungentes, novas inde vires duxerimus ad plenum absolutumque triumphum Ecclesiae fidentius expectandum. Contigit autem Nobis acceptissimum, creberrima ubique affluxisse supplicantium agmina ad sanctiora templa, eaque in toto terrarum orbe confertissima redundasse fidelium frequentia, qui una cum proprio Pastore, per publicas preces et sacramentorum usum Deo gratias agebant de beneficio Nobis collato, et instanter ab ipso Ecclesiae victoram postulabant. Moerorem autem, curasque Nostras non levari modo, sed in gaudium converti sensimus a litterarum vestrarum gratulationibus, obsequiis, votis, a creberrimo fidelium undique confluentium adventu, quos inter plurimi eminebant nobilitate generis, aut dignitatibus ecclesiasticis vel civilibus praestantes, sed fide nobiliores, quique omnes affectu et opere iuncti plerisque ex istius urbis et occupatarum provinciarum civibus, huc a dissitis etiam regionibus convolarunt, iisdemque se obicere voluerunt periculis et contumeliis, quibus Nos sumus obnoxii, ut coram testarentur religiosos suos, suorumque concivium erga Nos sensus, Nobisque volumina afferent, quibus plurima centena millia fidelium ex omni gente, proprio adscripte nomine, Nostri principatus invasionem acerrime configebant, eiusque restitutionem a regione, iustitia, ipsaque civitate, flagitatem et praeceptam graviter expostulabant. Hac vero occasione stips quoque Nobis solito largior affluxit, qua pauperes simul ac divites occurrere conati sunt factae Nobis inopiae, cui accessere munera multiplicia, varia, nobilissima, splendidumque christianarum artium et ingeniorum tributum relevandae praesertim accommodatum duplici Nobis a Deo concessae potestati spirituali ac regiae; et praeterea copiosa splendidaque supellex sacrarum vestium et utensilium, qua squalori et egestati tot Ecclesiarum undique occurrere possemus. Mirum certe spectaculum unitatis catholicae, quod evidenter ostendit, Ecclesiam universam, licet toto diffusam orbe, gentibusque compactam disparibus moribus, ingenio, studiis, uno informari Dei spiritu; et eo prodigiosius ab ipso confortari, quo furiosius illam insectatur et urget impietas, et quo callidius omni ipsam humano auxilio destituere conatur. Effusae igitur et maximae Ei gratiae habeantur, qui dum ita dat gloriam nomini suo, per praesentem ipsam virtutis opisque suae demonstrationem afflictas erigit mentes ad spem indubii triumphi. Verum si bonorum omnium datori haec referimus accepta; gratissimo simul animi sensu afficimur in eos, qui se instrumenta praebentes divinae providentiae, Nos omni cumularunt auxili, solatii, obsequii, devotionis, amoris officio. Sublatis autem ad caelum oculis ac manibus, quidquid huiusmodi impensum est Nobis a filiis Nostris in nomine Domini Ei offerimus, enixe poscentes, ut communibus eorum votis pro hujus Sanctae Sedis libertate, pro Ecclesiae victoria, pro mundi tranquillitate citius obsecundet, et liberaliter unicuique in caelestibus ac terrestribus illam referat gratiam, quam Nos referre nequimus. Significare profecto peculiariter optareminus universis et singulis gratum animum Nostrum, Nostramque testari propensissimam voluntatem; at uberrima ipsa copia officiorum re, scripto, verbis undique oblata id fieri plane non patitur. Ut igitur quod cupimus aliquo modo assequamur, Vos, Venerabiles Fratres, quibus primas sensuum horumce Nostrorum partes deferimus, rogamus, ut eos Clero populoque vestro diserte nuncietis ac aperiatis. Hortamini autem omnes, ut constanter vobiscum in oratione perseverent animo plane fidenti; nam si oratio iusti assidua penetrat nubes nec discedit, donec Altissimus aspiciat, et Christus promisit, adfuturum se duobus in nomine suo coniunctis et consentientibus, Patremque caeo-

stem factum quidquid ipsi petierint; multo magis profecto Ecclesia universa iugi et unanimi oratione sua assequetur, ut demum, divina propitiata iustitia, contritas videat infernas vires, profligatos ac deletos humanae malitiae conatus, pacemque et iustitiam reductas in terram. Vos autem quod spectat, Venerabiles Fratres, in hoc praesertim animum intendite et vires, ut arctius semper inter Vos coniuncti confertam veluti phalangem obiciatis Dei hostibus, qui Ecclesiam, nulla unquam vi destruendam, novis adhuc artibus et impetu aggrediuntur; quo facilius et efficacius eorum incursum resistere et eorum agmina fundere possitis. Haec quae vehementissime desideramus et enixe petimus, Vobis, totique catholicae familiae toto corde adprecamur; atque interim auspicem optatissimi eventus, divinique favoris Apostolicam Benedictionem, indubiam praecipuae benevolentiae Nostrae, gratique animi testem, unicuique vestrum, Venerabiles Fratres, Cleroque et populo toti singulorum curae commisso ex imo pectore depromptam permanenter impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum die V. Augusti festo Mariae S. in Exquiliis anno Domini MDCCCLXXI.

Pontificatus Nostri Anno Vicesimo sexto.

PIVS PP. IX.

III.

Die nachstehende von der h. f. f. Statthalterei an die politischen Unterbehörden unterm 5. I. M. Nr. 10652 ergangene Verordnung wird dem wohlehrw. Curatclerus unter Hinweisung auf die im kirchl. Verordnungsblatt IV. de anno 1870 Nr. 2055 Absatz IV. enthaltene Ministerial-Verordnung zu dem Zwecke mitgetheilt, damit die Matrikensührer in der fraglichen Richtung sich genau nach der Absicht des f. f. Ministeriums des Innern zu nehmen wissen:

„Mit Bezug auf die Verordnung des f. f. Minist. des Innern vom 27. Juli 1870 Z. 10148, Statth. Intim. vom 2. August 1870 Z. 9395, betreffend die Evidenzhaltung der Sterbefälle der vor vollendetem 23. Lebensjahre verstorbenen männlichen Personen, hat das h. Ministerium des Innern am 28. August 1871 Z. 11081 auher bekannt gegeben, daß nach einer Mittheilung des königl. ung. Ministeriums des Innern eine analoge Verfügung auch in den Ländern der ung. Krone getroffen und zugleich angeordnet wurde, daß solche Sterbefälle in Ungarn männlicher, in den im Reichsrathe vertretenen Königreichen und Ländern geborner Personen von den dortigen Matrikensführern den diesseitigen politischen Behörden des Geburtsortes dieser Personen angezeigt werden.“

Dem entsprechend erneure ich die Einleitung, daß die in Steiermark vorkommenden Sterbefälle von männlichen, im Gebiete der ung. Krone geborenen Personen unter 23 Jahren von dem betreffenden Sterbe-Matrikensührer im Wege der politischen Unterbehörden hierher angezeigt werden.

Ich halte es aber für nahezu unerlässlich, daß behufs Durchführung der diesfälligen Maßregel die zur Ausübung der Praxis befugten Ärzte und Wundärzte, dann die mit der Todtenbeschau betrauten Functionäre angewiesen werden, daß sie bei der Aussertigung der Krankheitsbeschreibungen für die Todtenbeschau, beziehungsweise bei der Aussertigung der Todtenbeschauzettel für männliche Personen, welche laut der vorliegenden Legitimationsurkunden das 23. Lebensjahr noch nicht vollendet, oder hinsichtlich welcher in Ermangelung solcher Urkunden doch nach den Umständen anzunehmen ist, daß selbe dieses Alter noch nicht zurückgelegt hatten, außer den vorgeschriebenen Daten, auch den Geburtsort des Verstorbenen und die Confession, welcher er im Zeitpunkte seiner Geburt angehört hat, aufnehmen und falls unzweifelhafte Belege für diese Angaben nicht vorliegen oder dieselben sich überhaupt nicht ermittel lassen, dies in der Krankheitsbeschreibung beziehungsweise in dem Todtenbeschauzettel ausdrücklich bemerkten.

Es ist also an die fraglichen ärztlichen Individuen das Geeignete zu erlassen, und in den gegebenen Fällen über Einschreiten der Matrikensührer die nöthige Erhebung wegen thunlicher Errirung der betreffenden Thatsachen zu pflegen.“

IV.

Der Herr k. k. Statthalter hat unterm 21. I. M. Nr. 11368 Nachfolgendes anher eröffnet:
Der Herr Minister des Innern hat laut hohen Erlasses vom 15. d. M. J. 4222 der Congregation der Dominikanerinnen zu Hacking bei Wien, welche sich mit der Erziehung verwahrloster Mädchen befaßt, für die Dauer von sechs Monaten, d. i. längstens bis Ende März 1872 die Bewilligung ertheilt, eine Sammlung freiwilliger Geldspenden zum Zwecke des Wiederaufbaues ihres am 3. I. M. abgebrannten Congregationsgebäudes vornehmen zu dürfen. Ich beeöhre mich hievon das hochwürdig. Fürstb. Ordinariat mit dem Beifügen in die Kenntniß zu setzen, daß den mit der Vornahme dieser Sammlung betrauten Congregationsmitgliedern das Sammlungs-Certificat hieramts bei ihrem Erscheinen ausgesertigt werden wird.

Wovon der wohllehrw. Curatlerus hiemit Kenntniß erhält.

V.

In der Jos. Kösel'schen Buchhandlung zu Kempten in Baiern ist eine neue handsame Ausgabe des Breviarium Romanum auf festem Papier und im schönen Druck zu haben. Hierauf macht man die Hochwürdige Seelsorgsgeistlichkeit empfehlend aufmerksam. Es enthält auch die neuesten, selbst die meisten im Proprium Lavaninum vorkommenden Feste.

VI.

Die wohllehrw. Diöcesangeistlichkeit wird auf die in der Josef Kösel'schen Buchhandlung in Kempten, unter der Oberleitung des Herrn Dr. Franz X. Reithmayer, ord. Professor der Theologie an der Universität zu München herausgegebene „Bibliothek der Kirchenväter.“ — Auswahl der vorzüglichsten patristischen Werke in deutscher Uebersetzung aufmerksam gemacht. Die Bibliothek der Kirchenväter erscheint in Lieferungen von 6—9 Bogen im bequemen Taschenformat; jede Lieferung kostet 4 Sgr. oder 14 fr. südd. Währ. Jeden Monat sollen wenigstens 1 und höchstens 3—4 Bändchen ausgegeben werden. Jeder Subscriptent verpflichtet sich zur Abnahme von mindestens einer Serie; die beiden ersten Serien umfassen je 24, jede folgende 16 Lieferungen.

VII.

In der Friedrich Büstet'schen Buchhandlung in Regensburg sind bisher 2 Hefte der auf das allg. Vaticanische Concil und die Durchführung desselben Bezug habenden Aktenstücke (254 Seiten, enthaltend die bis zum 21. Juli I. J. erwachsenen 96 Aktenstücke) erschienen und kosten die beiden Hefte 1 fl. 6 fr. südd. oder 22 Sgr.

VIII.

Diöcesan-Nachrichten.

A. Verleihungen.

Die Pfarre St. Maria im Süßenberg an Herrn Franz Kene, Curat in Sovodne;
die Pfarre St. Lorenzen in Leutsch an Herrn Franz Ermenz, Kaplan in Kötsch;
die Vorstadt Pfarre St. Magdalena in Marburg an Herrn Thomas Koschanz, Pfarrer in Pametsch.

B. Bestellung als Provisor.

Herr Matthäus Pogatschel nach Sovodne.

C. Uebersehungungen der Kapläne.

- Herr Josef Sorglechner nach Schiltern;
" Franz Polz als I. nach Weitenstein;
" Anton Drossg nach St. Urban bei Pettau;
" Josef Hernach als II. nach Franz;
" Josef Kolaritsch als I. nach Trifail;
" Josef Sever nach Kostreinitz;
" Blas Zilenschek nach Trennenberg;
" Johann Jakopina nach Lack;
" Martin Lapuch nach Frauheim;
" Martin Skerbez als II. nach Trifail;
" Anton Bresnik nach Kalobje;
" Vinzenz Kolar nach St. Johann am Draufelde;
" Johann Sparhali nach Köttsch;
" Jakob Kolebnik nach Kerschbach.

D. Anstellungen der neuausgeweihten Priester als Kapläne.

- Herr Matthäus Slekovez zu Polsterau;
" Jakob Koroschak zu St. Ruprecht ob Tüffer;
" Martin Napast zu Kapellen bei Mann;
" Franz Leber zu Hörberg;
" Rupert Schuta zu Laporje;
" Anton Fraß zu Maria Schnee in Wölling;
" Josef Juritschitsch zu St. Martin bei Wurmberg;
" Franz Getsch zu Hohenmauthen.

E. Pensionirungen.

Herr Franz Naprudnik, Kaplan zu Trennenberg und Herr Michael Schanti, Kaplan zu St. Johann am Draufelde.

F. Ausschreibungen.

die Curatie St. Anton in Stoperten bis zum 8. November I. J.

G. Todfall.

Herr Johann Herschitsch, Defizient-Priester zu St. Margareth unter Pettau ist am 1. September d. J. gestorben.

Fürstbischöfliches Lavanter Ordinariat zu Marburg am 27. September 1871.

Jakob Maximilian,
Fürstbischof.

✓ An 745

missa

missa

missa